Chlopiczki quietat Broniowski

Gnosus Christopherus Chlopiczki personaliter comparens coram officio
et Actis praesentibus Castren. Premislien. recedendo a terris districtibus
iure ac foro suis quibusuis propriis praesenti uero iurisdictioni Castren.
Premislien. se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad actum
praesentem attinet incorporando et subijciendo sanus mente et corpore existens
publice ultro ac per expressum recognouit. Quia a Gnoso Martino Bronio:
wski summam ducentorum florenorum pecuniae monetae et numi polonicalis
per eundem Martinum Broniowski Gnoso Martino Chlopiczki a:
ctis terrestribus Premislien. pro die et festo Conversionis Sancti Pau:
li Apostoli ad soluendum inscriptam per eundem uero Martinum Chlopi:
czki praedicto Christophero Chlopiczki fratri suo actis praesentibus
Castren. Premislien. transfusam, totaliter plenarie ac in effectu
recepit et manualiter leuauit. Ratione cuius receptae ipsum et eius
successores de eadem summa quittat perpetue, ipsasque inscriptiones o:
riginalem et transfusoriam super summam praedictam seruien.
cum omnibus ipsius conditionibus, punctis clausulis et articulis cas:
sat, annihilat, mortificat et obliterat aeuiternis temporibus.

Krutieniecki quietat Golecki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren.
Premislien. Gnosus Sebastianus Krutieniecki de Drohoiow, a
iure foroque suis quibusuis propriis recedendo praesenti uero iurisdictioni
se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad infrascripta atti:
net incorporando sanus mente et corpore existens publice ultro
ac per expressum recognouit. Quia a Nobili Simone Gole:
czki summam sexingentorum florenorum pecuniae monetae et numi polo:
nicalis, sibi per eum actis praesentibus inscriptam ad soluendum, to:
taliter plenarie, ac in effectu recepit et manualiter leuauit, Ra:
tione cuius receptae ipsum et eius successores de eadem summa
quittat perpetue, ipsamque subscriptionem Castren. Premislien. su:
per summam praedictam seruien. cum omnibus ipsius conditionibus
punctis clausulis et articulis, cassat annihilat mortificat
et obliterat aeuiternis temporibus.

Golecki tenetur Krutieniecki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Premi:
slien. Gnosus Simon Goleczki, a terris districtibus iure ac
foro suis quibusuis propriis recedendo, praesenti uero iurisdictioni Castren.
Premislien. se cum successoribus ac bonis suis omnibus generaliter su:
nt usque pecuniarijs, per eum ubiuis locorum habitis et habendis
quo ad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet incor:
porando et subijciendo sanus mente et corpore existens publice ultro
ac per expressum recognouit. Quia Gnoso Sebastiano Kru:
tieniczki et eius posteris summam septingentorum florenorum pecuniae
monetae et numi polonicalis singulum florenum triginta grossis polonicalibus com:
putando, ueri certi liquidi, mutui atque essentialis debiti tenetur et
est debitus. Quam quidem summam se cum successoribus obligat et in:
scribit, eidem creditori suo uel eius posteris hinc pro die et fe:
sto Conuersionis Sancti Pauli Apostoli proxime uenturo circa
officium et Acta praesentia Castren. Premislien. plenarie ac in
effectu dare soluere reponere, relinquere non ex fide in:
bere neque quouis modo per se uel sub mixtis grauabit personas